




Sammelband von Diss

W



U. q. 79, 5

THESES

*Disputat. s. ex lib. 2. Instit.*

DE VSVCAPIONIBVS ET LON  
GI TEMPORIS PRAE  
SCRIPTIONIBVS

*Ex tit. 6. Instit. eod. & eo pertinentibus  
reliquis Iuris textibus desumpta*

QVAS

Divina favente gratia

P R E S I D E

NOBILISSIMO CLARISSIMO  
NEC NON CONSULTISSIMO  
VIRO Dn. ARNOLDO DE REYGER IC.  
in inclyta Salana Academia Professore Pan-  
dectarum publico dignissimo

*In privato Collégio pro conatibus suis  
defendere studebit.*

GERHARDVS AB HOLTZ,  
HAM BVRG.

IENÆ

TYPIS TOBIÆ STEINMANNI.

ANNO CICLO XCV.

**CLARISSIMO AC CON-**  
**SVLTPSIMO VIRO,**  
D.N. M. ETIO

**HEINRICO AB HOLTZ**  
**I. V. D. PATRVO SVO AC**  
**PATRONO SUMMA OBSERVANTIA**  
**COLEND**

*In huius observantiae signum,  
Perpetui obsequii symbolum.*

Hasce theses dedicans offert.

*Gerhardus ab Holtz.*



## Continuatio:

**E**xpositis haec tenus modis acquirendi juris Gentium, iusto  
ordine nunc dicendum erit, de modis acquirendi juris ci-  
vilis.

*G. ult. Inst. d. usu & habit. Primo itaq; de rebus singularibus & qui-  
dem de Usucapione nobis agendum erit.*

### THESES I.

**V**SUCAPIO, AB VSV ET CAPIEN-  
do dicitur, quasi per usum captio. Ab hac et-  
si præscriptio differre videatur, quod hæc sit re-  
rum Immobilium & Incorporalium, illa Mobi-  
lum, in LL. tamen promiscue usurpantur a ut-  
dicendum potius ferè videatur, quod præscri-  
ptio sit quasi exceptio & effectus Usucaptionis b.

*a l. 3. de divers. temp. præscript. l. 9. D. b. t. de Usucap. b Schneid. ad  
princ. Inst. n. 7. l. in agnitis D. de except. l. pen. & C. de except. Borch. hic &  
Vvesenb. ad princ. hic.*

### II.

Est verò Usucapio adiectio Dominii, per continuationem  
possessionis temporis, lege definiti.

*l. 3. D. eod. Borch. in princ. hic. hoc Goed. adl. 109. de V.S. num. 1.  
Treutl. in disput. Th. 1. hic.*

### III.

Patet ergo possessionem a, & Tempus legitimum, effe-  
ctus & principaliora requisita Usucaptionis esse, quibus tamen  
omnino etiam comprehendi oportet. Iusta causa sive titulus,  
Bona fides, & aptitudo rei Usucaptioni accommodatæ b, de  
quibus ordine nunc dicendum.

*a l. 25. D. eod. c. sine possessione de Reg. Iur. in 6. b l. un. C. de Usu-  
cap. transf. & c. princ. & G. I. Inst. b. t. l. 4. G. fructus l. 24. D. eod.*

### IV.

Possessio vero cum duplex sit, Civilis & Naturalis, sola ci-  
vialis

viliis hic locum habebit: ut corpore quis & animo domini simul, vel etiam animo domini tantum possideat. Naturalis enim possessio non sufficit, nec per hanc ut domini possidemus.

Schneid. n. 58. hic l. pignori d. l. sine possessione 25. D. b. t. & ibi Cuiac. l. 4. §. 14. eod. l. 8. D. de adquir. vel amitt. poss.

V.

Hinc igitur sit, ut nec vasallus Feudum, nec Emphyteuta vel usufructuarius fundum, vel aliam rem in qua usumfructum habet, nec creditor pignus usucapere possit, naturaliter enim tantum, id est, corpore, non animo domini possident.

Schneid. 59. hic l. 44. §. non mutat. d. l. pignori 13. & ibi Cuiac. l. servi 16. D. b. t. l. 25. de adquir. poss.

VI.

Usucapere itaq; possunt, qui rem vel animo & corpore simul possidere possunt a. Vnde apparet infantem & furiosum sine tutoris autoritate usucapere non valere, cum nec affectionem tenendi habeant b.

a l. 4. §. 1. & aliquot seqq. D. b. t. & ibi Cuiac. & Dd. & DD. antea LL, b l. 1. §. adipiscimur l. 32. §. infans l. 27. D. de adquir. poss.

VII.

Vel etiam animo domini tantum, ut si per alios propria possidemus, tunc enim & per eos Usucapere possumus, dummodo tamen ipsi ad Usucaptionem habiles simus.

l. 8. D. cod. Schneid. num. 58. hic,

VIII.

Quod itaque servi nostro nomine possident, vel etiam liberi, nobis Usucapere intelliguntur a, hi tamen ut revera in nostra potestate sunt necesse est, nec error iustus hic sufficit, uti in servis quos bona fide possidemus b.

a l. nunquam 32. §. si servus D. b. t. l. 8. in princ. eod. b l. iusto errore 44, in princ. h. t. l. 1. §. sed & per eum D. de adquir. poss.

IX.

Idemque de Procuratore a & creditore b pignus nostro nomine possidente, & aliis c similibus dicendum.

a l. 1. §. per procuratorem D. de adquir. poss. & l. 1. C. eod. b l. 6. de Usucap. pro Ent. d. l. 13. in princ. l. 16. l. 33. §. qui pignori D. b. t. c l. 1. C. comm. de Usucap.

Possessio

X.

Possessio vero de qua hactenus dictum, et si continua esse debeat, suis tamen terminis & finibus pro diversitate rerum usucapiendarum non caret. Res itaque Mobiles ex constit. Iustin. (veteri iure sublato) regulariter triennio, immobiles inter praesentes in eadem provincia decennio, inter absentes vicennio, id est, longo tempore prescribuntur, tam in provinciis quam in Italia.

I. fin. §. sancimus C. de longi temp. prescript. & ibi gl. l. un. C. de Usucap. transf. in princ. & in princ. Inst. hic.

XI.

Si vero quis per aliquot annos praesens per aliquot absens fuerit, decennio tot adiiciendi quo absens fuit a. Deinde in temporis computatione dies ultimus cœptus pro completo habetur b.

a Novell. 119. c. 8. b l. in Usucaptionibus c. & seq. D. b. t. l. in Usucapione 15. D. de divers. & temp. prescript.

XII.

Cum tamen ob diversam plane quarundam rerum rationem, diversum quoque tempus ad prescriptionem earum constituendum aequum videbatur. Hinc primo prescriptio quadrennis, qua bona fisci vacantia adhuc denunciata tamen a privato prescribi possunt, & contra etiam res a fisco alienatae, contra privatum, inventa est.

I. 3. & tot. tit. C. de quadrien. prescript. § fin. Inst. b. t. Schneider. n. 39. & seqq. de speciebus prescript.

XIII.

Deinde etiam prescriptio 30. annorum iure Cod. primum introducta est a, quæ longissimi temporis dicitur, quæ prescribuntur etiam res immobiles, ut actiones personales b. Eodem modo etiam prescriptio quadragenialis, alias quoq; Canonica seu Ecclesiastica dicta, quod hac res Ecclesiæ temporales prescribantur c. Et tandem centenalis, quam alii etiam immemorialem dicunt, quæ ad res Romanæ Ecclesiæ prescribendas necessaria est d.

a Schneider. n. 11. de spec. prescript. b. t. gl. in l. qui 30. ad l. Aquil l. 8. & tot. tit. C. de prescript. 30. ann. b. l. 3. 4. & paß. C. d. 1. de prescript.

A. 3

30. ann.

30. ann. l. 5. C. quibus non oblige. long. temp. præsc. l. 1. §. adhac de annali  
exc. c Novell. 131. c. pro temporalibus in 6. Auth. quas actiones C. de sa-  
crof. Eccles. C. ad aures de præscript. in 6. Schneid. n. 57. hic d Novell.  
9. l. 19. C. de sacrof. Eccles. d. Auth. quas actiones c. cum vobis de præscript.  
d. c. de præscript. in 6.

XIV.

Tempus vero Usucaptioni præscriptum, ut totum in sua  
persona absolvat necesse semper non est, poterit enim tempus  
possessionis authoris, successori tum uniuersali ut heredi, tum  
singulari, ut emtori, donatario &c. prodesse & illorū possessio-  
ni accedere, ita tamen ut & ipse possideat, vel alius eius nomi-  
ne, aliás enim non prodest.

l. un. C. de Usucap transf. §. diutina Inst. b.t.l. possessio 20. & 22. D.  
b.t.l. 15. §. accessio &c. D. de divers. & temp. præsc. Schneid. n. 55. & 56.  
hic t. ult. D. de divers. &c. l. 13. §. ult. de adquir. poss.

XV.

Accessio tamen nulla fieri poterit, nisi iste cuius posse-  
sione uti volumus rei Usucapiendæ possessionem iusto tit. &  
Bona fide na&ctus sit a, & si tunc successor itidem bona fide pos-  
sederit, in omnibus accessio procedit, si verò mala fides super-  
venerit & quidem singularis successoris, Usucatio evanescit b,  
secus si universalis c. Si verò author ab initio malæ fidei posse-  
for fuerit, licet successor bonæ sit, accessio in nullo valet: sin-  
gularis tamen successor, hoc casu, si bona fide acceperit totum  
possessionis tempus in sua persona absolvendo, Usucapere po-  
terit d, hæres verò nec hoc potest e.

a d. l. vn. C. de usuc. transf. b l. si ædes §. 1. deservit. præd. urb. l. 2.  
§. sciam D. pro emt. l. 156. §. plerung. D. de Reg. Iur. c l. 40. D. b. t. l. 2.  
§. 19. D. pro emt. l. 3. D. pro hærede d l. 5. an vitium in princ. D. de divers.  
temp. præsc. l. 3. C. comm. de Usucap. e l. 11. D. de div. tempræsc. d. l. 43.  
b. t. l. vitia 11. C. de adquir. poss. l. 18. C. de usufr. Treutl. in disp. Th. 5. hic  
Borch, ad §. 7. Inst. b. t.

XVI.

Elegans verò & facilis huius diversitatis ratio in hærede,  
peti posse videtur ex eo, quo hæres cum defuncto sive hæredi-  
tate pro una persona computetur, & in eius ius omne succe-  
dat, ut ideo inter hos idem hac in parte observetur, quo in una  
persona lolet, ut ex sequentibus videndum,

l. 22. D.

I. 22. D. b. t. d. l. 11. D. de divers. temp. præsc. l. hereditas de Reg.  
Iur. & V. S.

### XVII.

Ad Usucaptionem itaque præterea requiritur Iustus Titulus, qui ad possessionis & dominii translationem de iure requiritur a, ut nihil intersit onerosus ne sit an lucrosus, puta an emta aut donata res fuerit b.

a princ. Inst. b. t. ibiq; Dd. l. nullo 24. C. de rei vind. l. ult. C. de Usucap. pro donato l. 8. C. de usucap. pro Emto b d.l.un. C. de Usucap. transf. l. 27. D. b. t. l. 1. C. de Usuc. pro donato.

### XVIII.

Non vero sufficit, ut quis se emisse putet vel donasse a, nisi subsit iustissima causa putandi b.

a §. 6. Inst. b. t. d. l. 27. & ibi Gothofr. D. b. t. l. 2. pro emt. in princ. b l. 11. D. pro emt. l. ult. D. pro suo VVisenb. ad §. 6. Inst. b. t. l. nunquam 31. §. si defunctus D. b. t.

### XIX.

Neque tamen sufficit ex iusta causa rem acquirere, sed insuper etiam bona fides acquirentis accedit necesse est, ut si a, vero domino vel distrahendi legitimam potestatem habente, me rem accipere existimem, cum tamen verus non sit b.

a d.l.un. C. de Usuc. transf. princ. Inst. b. t. l. 2. C. de præsc. longi temp. Don. 5. com. 7. b l. bonæ fidei 109. de V. S. ibiq; Alciat. & hæd. n. 1. & 2. Schneid. hic num. 14. & 15.

### XX.

Hæc tamen Bona fides ab initio tempore traditionis intervenisse sufficit, licet postea mala superveniat a. In emtionis tamen contractu singulariter Bona fides utroque tempore & contractus & traditionis requiritur b.

a l. 44. §. et si possessionis D. b. t. l. 2. in princ. D. pro emt. d.l.un. de Usucap. transf. b l. si in aliena D. b. t. Schn. n. 16. hic Cuiac. ad l. 27. D. b. t. l. sed et si res D. de pub. in rem act.

### XXI.

Iure vero Canonico ex omnibus contractibus oportet bonam fidem toto tempore Usucaptionis perdutasse, ita ut mala fide superveniente statim interrumptur Usucapio a. Idemque & in praxi hodie adhuc observarur b.

a c. possessor de Reg. Jur. in 6. c. vigilanti c. fin. ext. de prescripto  
et si diligenti de prescripto. b Gail. lib. 2. obser. 18. nu. 7. Myns. cent. 4. ob.  
6. num. 1. 2. & 3.

XXII.

De bona verò fide in præscriptione longissimi temporis  
30. vel 40. annorum, non inquirendum esse vult ius civile a,  
quod itidem rursus improbat ius Canonicum b.

a l. 3. 7. & 8. C. de prescripto. 30. vel 40. ann. Mynsing. 1. obser.  
20. Novell. 119. c. 7. Myns. d. cen. 4. n. 1. Gail. 1. obser. 21. num. 15. b d.  
c. possessor de Reg. iur. in 6. c. 1. de prescripto. in 6. Gail. de obs. 18. Myns.  
d. cent. 4. obser. 6. num. 4.

XXIII.

Tandem verò fieri potest, ut et si bonam fidem Vfucapere  
volens, habeat, cum omnibus aliis requisitis; non tamen pro-  
pter legis prohibitionem perficere possit, utputa, si res talis,  
quaे hoc aut propter naturam suam, vel aliud impedimentum  
vel vitium etiam adhærens, pati nequeat.

g. 1. & 2. Inst. b. t. 1. 24. D. de Vfuc. h. t. 1. 1. 2. D. cod. Schneid. n. 130.  
& aliquot seqq. hic.

XXIV.

Prohibentur ergo eæ res Vfucapi primo quaे sunt extra  
commerciū, ut liber homo & libertas a, Res sacra & religiosa  
b, Res publico usui destinata, itemque Fisci d.

a g. 1. Inst. b. t. ibid. Myns. n. 1. & 2. b. t. 1. 6. C. de ingen. l. ult. C. de  
long. temp. præscript. quaे pro libert. l. 9. D. h. t. b d. g. Inst. b. t. argumento  
g. nullius de rer. divis. iuncta l. 25. D. h. t. c. l. vlt. D. de Vfucap. l. 7. de di-  
vers. temp. præss. arg. g. 2. Inst. de rer. divis. d. l. Quamvis 19. D. h. t. l.  
2. C. comm. de Vfucap.

XXV.

Vel propter prohibitionem in ultima voluntate a, vel à  
Præside b, factam: vel propter personæ vitium, ut Res pupilli  
c: vel Rei vitium, ut res furtivæ & vi possesse, antequam vitium  
purgatum fuerit d.

a l. 2. C. de Vfucap. pro emt. l. ult. g. sin autem C. comm. de leg. b l. si  
ab eo 12. D. eod l. qui fundum 2. g. qui sciens D. pro emtore c l. 31. b. t. in  
princ. l. ult. de Vfuc. pro emt. l. 10. in princ. & ibi gl. quemad. servit. amit. l. 3.  
g. qui ergo de præscript. 30. ann. d g. 3. & 4. Inst. b. t. Gell. lib. 17. noct.  
Ait. 7.

Att. 7.l.4. §. 6.22. & seqq. D. b.t.l.33. in princ. eod. l.10. & 12.C. de  
defurt.l. I.C. de Vfuc. pro emt.l. quamvis 86. D. de fnrt. d.l. 4 §. 22. &  
seqq. hic. l.ult. de vi bon. rapt.

### XXVI.

Purgatur autem vitium si res furtiva in potestatem domini *a*, aut etiam in procuratoris *b* eius, pervenerit, vel si fur domino hæres existat *c*.

*a* d l 4. §. quod autem & seq. D. b.t.l. 32. D.b.t.l.sciens 7. C.de Vfuc.  
pro emt. *b* l. si rem 41. D. b.t. *c* l. cum vir 42. D. b. t.in fine, Borch, ad  
§. sed aliquando Inst. b.t.

### XXVII.

Contraria denique Vsurcationis sunt Vsurpatio & iuris error; usurpatio vero à Ictis sumitur pro possessionis interruptione; qua interveniente, cœpta possessio & sequenter Vsurcapio evanescit: Interrumpitur autē si possessionem aliquis furto aut vi amiserit, vel quovis modo cesseret possidere *a*, singulariter tamen in hæreditate receptum, ut hæres adiens hæreditatem eam semper possedisse à morte Testatoris intelligatur, licet possessio cessare videtur, hæreditate iacente modo' interim ab alio non possideatur *b*.

*a* l.2.l. naturaliter 5. l. 15. si is in princ. & §. si quis D. eod.l.25. in  
princ. de adquir. poß. l. 15. §. l. D.diverſ. temp. præſc. l. 2.C. de præſc. long.  
temp. *b* l. 13. §. quæſitum de adquir. poß. l. 40. D. b.t.l.31. §. vacuum  
D. b.t.l. 44. §. nondum eod. l. 20. D. b. t.

### XXVIII.

Hoc modo etiam captivitate possessio rumpitur *a*, ut quamvis captivus ab hostibus reversus fuerit, captivitatis tempus non solum Vsurcapienti non proficit, cum hoc nomine contra eum Actio Rescissoria detur *b*, verum etiam Vsurcationem interruptam continuare beneficio iuris Postliminii nequeat *c*.

*a* l. 15. in princ. D. b.t.l. 11 eod l. qui in servitute 118. de Reg.iur.  
l. in bello 12. §. facti D. de capt & postl. reversi. sic eveniet 21. D. ad l.1ul.  
de adult. *b*. §. rursus Inst. de action. *c* d.l. 15. in princ. b.t.l. cum hæredes  
23. §. l. de adquir.poß.l. deniq; 19. & seq. ex quib. cauf. maior.

### XXIX.

Idem quoque error iuris, præstat, adeo impediens Vsurcationem, ut nunquam Vsurcapere cœpisse intelligetur *a*. Aliud  
tamen

tamen de errore facti dieendum, qui excusationem non solum  
non impedit, sed etiam ferè iuvare eam videtur, modo bona fi-  
des etiam adsit simul b.

a l. 32. §. 1. l. nunquam 31. in princ. D. eod. l. 2. §. si à pupillo D. pro-  
emt. l. 12. D. h. t. b l. 13. §. cum qui D. h. t. d. §. si à pupillo D. pro-  
emt. l. ult. D. pro suo.

### XXX.

Eodem modo non rumpit possessionem nec Usucapio-  
nem a, Furor superveniens sive ipsi b, sive alii c, nostro no-  
mine possidentes furere incipient, ne languor animi damuum  
etiam in bonis adferat d.

a l. si is qui 27. de adquir. poss. b d. l. 4. §. Furiosi l. p. §. cum qui  
D. h. t. c. c d. l. nunquam 31. §. si serous meus D. eod. d d. §. cum qui  
l. pen. in fine ad l. Pomp. de parricid.

## C O R O L L A R I A.

### I.

Usucaptionem à iure civili sive LL. 12. tab. propter  
bonum publicum introductam esse, non tamen ab aequi-  
tate naturali abhorrende affirmamus.

princ. Inst. h. t. l. 1. D. eod. l. alienationis 28. de V. S. & ibi Goed.  
n. 9. l. fin. C. de cad. toll. d. l. ult. D. pro suo l. quod quis 204. de Reg. iur.  
Schneid. num. 11. & 12. hic.

### 2.

Præscriptione & Usucapione omnibus modis per  
possessionem absoluta, plenum dominium adquiri con-  
tra plerosque D. D. asseverare non dubitamus.

l. traditionibus 20. C. de Paßt. l. 3. D. h. t. l un. C. de usuc. transf. l.  
un. C. de nud. iure Quir. toll. vide Vult. lib. 1. Iurisp. c. 71. Cuiac. in parat. C.  
de præscript. long. temp. Corras. 6. Miscel. c. 20. Myns. in princ. n. 6. & seqq.  
c. sup. ad princ. de rer. divis. Schneid. num. 70. & aliquot seqq.

A furioso

3.

A furioso & pupillo sine tutorum authoritate per errorem rem emtam Vsucapi posse , utilitatis causa receptum esse putamus.

d.l. 12. §. cum D. h.t. l. 2. §. si à pupillo D. pro emt. Don. li. b5. c. 15.  
Duar. de Vsucap. c. 7. Cuiac. lib. 16. observ. c. 29. Rob. lib. 2. animad. c. 27.  
Anton. Fab. lib. 1. coniect. c. 18.


4.

Ancillam furtivam & conceptionis & partus tempore bona fide possidens partum eius Vsucapere potest.

l.49. §. ancilla de furt. l.4. §. hæres hic ibique Cuiac. l. 3. C. de Vsuc. pro  
emt. l.1. de vent. inspic. l. si ego §. idem Julianus de pub. in rem act. l. 33. in  
princ. l. 10. §. ult. hic l. 44. §. et si possessionis h. t.

F I N I S.





99 A 6904



TA → DL



### Farbkarte #13



B.I.G.

XII

THESES

Disputat. s. ex lib. 2. Instit.

DE VSVCAP  
ONIBVS ET LON  
GI TEMPORIS PRAE  
SCRIPTIONIBVS.

Ex tit. 6. Instit. eod. & eo pertinentibus  
reliquis Iuris textibus desumta

QVAS

Divina favente gratia

P R A E S I D E

NOBILISSIMO CLARISSIMO  
NEC NON CONSULTISSIMO  
VIRO Dn. ARNOLDO DE REYGER IC.  
in inclita Salana Academia Professore Pan-  
dectarum publico dignissimo

In privato Collégio pro conatibus suis  
defendere studebit.

GERHARDVS AB HOLTZ,  
HAMBURG.



IENÆ

TYPIS TOBIÆ STEINMANNI.

ANNO CLO IO XCIV.

